Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



videret Symon petrus, prostrat ad
genua dñi dicens Exi a me quia
homo peccator sum domine Stupor enim
circumdederat eum: et omnes qui cum illo
erant in captura piscium quam cepe
rant. Similiter autem Iacobum et Iohannem
filios zebedei qui erant socii Symo
nis Et ait ad Symonem dñs. Noli
timere Extraxerunt enim homines eos ca
pientes Et subductis ad terram na
vibus. relictis omnibus secuti sunt eum.

Benedicam dñm qui tribuit mihi intellectum providebam deum in conspectu meo semper quia a dextris est mihi ne commovear.

Propitiare domine supplicationibus nostris. et has oblationes fa
mulorum famularumque tuarum benigno
nus assume. ut quod singuli obtule
runt ad honorem nominis tui. cunctis
proficiat ad salutem per dñm Quam precem
a domino habere requirunt ut inhabitem in domo
dñi omnibus diebus vite mee. Complu.

Quos celesti domine dono satiasti.
pia cunctis: ut a malis omnibus oculos
et ab hostium labentur insidiis per
tui. Fia tui. Addit in modum dicens
Obsecro primum omnium fieri
obsecrationes. orationes postulationes
nes. gratiarum actiones pro omnibus hominibus
pro regibus. et omnibus qui in sublimi
tate sunt constituti. ut quietam et
tranquillam vitam agamus in omni
pietate et castitate. Hoc enim bonum
est et acceptum coram salvatore nostro
deo Qui omnes homines vult salvos
fieri: et ad agnitionem veritatis venire.
Unus enim deus. unus mediator
dei et hominum homo xpus ihus. qui
dedit redemptionem semetipsum pro omni
bus testimonium temporibus suis. In quo po
situs sum ego predicator et apostolus.
veritatem dico non mentior doctor
gentium in fide et veritate. In xpo je
su domino nostro. Secundum lucam.

In illo tpe. Exultavit in spiritu
sancto et dixit. Confiteor tibi pater domine
celi et terre. quod abscondisti hec a sa
pientibus et prudentibus: et revela
sti ea parvulis. Etiam pater quia sic pla
cuit ante te. Omnia mihi tradi
ta sunt a patre meo Et nemo scit quis
sit filius nisi pater. et quis sit pater
nisi filius. et cui voluerit filius revela
re Et conversus ad discipulos suos
dixit. Beati oculi qui vident que
vos videtis Dico enim vobis. quia mul
ti prophete et reges voluerunt videre
que videtis et non viderunt. et audire
que audistis et non audierunt.

Fiat iij. l. c. v. Iacobi apli.

Quid proderit si fidem quis
dicat se habere opera autem non habet.
Numquid poterit fides salvare eum
Si autem frater aut soror nudi sint.